5. cap. ibi. (De temporibus rē.) Tres autē inordinatiōes
erant inter eos scilicet carnalium vitiorum quantum ad
quosdam. Item curiositatis. Item tristicie de mortuis. et
ideo de istis agit. Secunda ibi. (De charitate autem rē.)
Tertia ibi. (Nolumus vos rē.) Circa p̄mū duo facit: qz
primo monet abstinere ab imoderato appetitu carnaliū.
Secundo ponit rationem ibi. (Quoniam vinder rē.) Itē
rum prima in duas: quia primo prohibet luxuriam. Secū-
do auariciam. Et iungit hec semper: qz vtrumq̄ est circa
obiectum corporale: licet hoc compleat in delectatiōe spi-
rituali. Itē pmo docet cauere luxuriam q̄tuz ad non suā.
Secūdo q̄tum ad vxorem p̄p̄iam ibi. (Ut sciat rē.) Dic
g. Volūtas dei est abstinere a fornicatiōe. ḡ est pctm̄ mor-
tale: qz est p̄ceptū et voluntatē dei. Tob. 4. Attende tibi
ab omni fornicatione rē. Sz et respectu vxoris abstineatis
honeste. Ut sciat vnusq̄sq̄ vas suū rē. id est vxorem in san-

etificatiōe. cessando ad tēpus et in honore nō in passiōe vt
scz passio pcedat sicut gētes: qz hoc est gentiliū q̄rere dele
ctatiōes p̄ites nō future vite. In sanctificatiōe et honore:
qz h̄ est debitus vsus m̄rimony: qz est ad bonū prolis et ad
reddēdū debitū. Et sic p̄t esse sine peccato: s̄ aliqui est ve
niale pct̄n̄ si nō efferat cōcupiscētia vltra limites m̄rimo
ny scz q̄n licz cōcupiscētia habeat nō t̄n̄ vteret ea nisi esset
vroz sua. S̄ q̄n est extra limites m̄rimony segtur mortu
le: et h̄ q̄n si nō eet sua vroz adhuc vteret ea et libētius cuz
alia. Deb̄ vlt. Sit honorabile cōnubiū et thoz⁹ immaculat⁹.
Fornicatores at̄ et adulteros iudicabit d̄s. p̄. pe. 3. Viri si
milit̄ cobabitātes fm̄ sciaz q̄si ifirmiozi vasculo muliebri
impatientes honores tanq̄ coheredibus gratie et vite vt
nō impediātur ōrōnes vestre.

C Deide cum dicit. (Et ne q̄s rē.) p̄hibet auariciā. Un̄ di
cit. Et ne q̄s sup̄grediat̄. i. violētiaz iſerat auferēdo aliena
p̄potētia. Ja. 2. Nōne diuites p̄ potētiāz vos opprimunt.

C Neq̄ circūueniat p̄ doliū. Jere. 5. Sicut decipula ple
na auiibus: sic dom⁹ eoz plene dolo rē.

C Deide cū dicit. (Qm̄ vindex rē.) Ponitur rō monitiōis
quā p̄mo assignat ex oīna vltiōe. Sc̄do oñdit hāc vltionē
eē instā ibi. (Nō eniz vocauit rē.) Dicit ḡ. Abstineam⁹ ab
his: qz d̄ns est vindex. Gal. 5. P̄dico vobis sic p̄dixi: qm̄
q̄ talia agūt regnū dei nō s̄sequētur. Nā certe iuste vlcisci
tur. cui⁹ vna ē rō ex deo vocāte. Sc̄do ex d̄rietate doni. Si
d̄ns vocat te ad vnu et tu agis d̄riū dign⁹ es pena. Et iō dicit.
Nō eni vocauit rē. Ep̄h. p̄. Elegit nos in ipso añ mūdi cō
stitutionē vt simus sc̄ti et immaculati in p̄spectu ei⁹ in chari
tate rē. Ro. 8. Quos vocauit hos et iustificauit rē. Et ideo
p̄cludit. Itaq̄ rē. q̄si. d. hec ē vna rō sp̄alis quas dixi. Alia
est rō qz d̄riant̄ hec vitia sp̄iū q̄ dat⁹ ē nobis. Un̄ q̄ hec agit
iniuriā facit sp̄iū sc̄o. Et iō dicit. Qui ēt dedit rē. Deb̄. iō. Ir
ritā q̄s faciēs legē moȳsi sine vlla misatiōe duob⁹ vel tri
bus testib⁹ mozi: q̄to maḡ putatis deteriora mereri sup
plicia q̄ filiū dei calcauerit et sanguinē testamēti pollutū
duxerit in q̄ sc̄ificat⁹ ē: et sp̄iū gr̄e p̄tumeliā fecerit rē.

C Deide cuz dicit. (De charitate aut rē.) retrahit ab ocio
sitate. Sciendū est aut q̄ sic dicit Hierony. in epla ad Gal.
thessalonicēses erāt liberales: et erat cōsuetudo ap̄ eos di
uites dare multū: et iō pauperes ociose iberebāt beneficio
eoz nō curātes labores: s̄z discurrere p̄ domos. Et iō p̄mo
cōmēdat liberalitatē dātū. Sc̄do ociiū accipientū d̄stina
det ibi. (Et operā detis rē.) Dicit ḡ. p̄mo q̄ nō idigēt mo
neri ad charitatē. Sc̄do monet q̄ i ea p̄ficiāt ibi. (Roga
mus aut rē.) Dicit ḡ. De charitate. i. q̄ diligatis fr̄es nō ē
necesse scribere vobis. Ro. 12. Charitatē fraternitatis iui
cē diligētes rē. Deb̄. vlti. Charitas fraternitatē maneat in
vobis rē. Et hui⁹ rō est: qz ipsi didicistis a deo. s̄. p̄ceptuz
i lege. Leui. 19. Diliges amicū tuū sic teip̄s. Itē i euāgelio.
Jo. 13. Mādātū nouū do vobis vt diligatis iuicē rē. Uel
didicistis iteriozi disciplina. Jo. 6. Dis q̄ audiuit a p̄re et di
dicit venit ad me rē. Et h̄ adiscit p̄ sp̄m̄ sc̄m̄.

C Deide cū dicit. (Rogamus aut rē.) Dicit eos ad p̄fi
ciēdū in charitate dicēs: Et qz habetis charitatem ad oēs
iō rogamus vt p̄ficiatis. Et licet alij abutātur vos t̄n̄ infi
statis. puer. 15. In abūdātī iusticia v̄tus maxia est.

C Deide cū dicit. (Et opaz detis rē.) Arguit ociosos. et p̄mo
eoz iquietudinē. Sc̄do oñdit quō eā rep̄māt. Tertio qua
re. Dicit ḡ. Operaz detis rē. puer. 7. Sarrula et vaga quie
tis ipatēs nec valēs pedibus suis in domo cōsistere rē. 2.
Thes. 3. Nō iquieti fuimus iter vos: neq̄ gratis panē mā
ducauimus ab aliquo: s̄z in labore et fatigatiōe nocte et die
operātes rē. scz ocium rep̄mētes exercēdo negocia. Unde
dicit. Et vt v̄m̄ negociū rē. puerbi. 24. Diligēter exerce
arum: vt postea edifices domum tuam. Dicit autem v̄m̄.

Sz nunq̄ nō alienum negocium est agēdum: Et videtur
q̄ sic. Ro. vlt. Assistatis ei in quocūq̄ negocio. Rūdeo. di
cēdum est q̄ oīa possunt iordinate fieri si fiat p̄ter ordinē
rōnis: tūc. s̄. q̄n aliq̄s se iprobe ingerit. et ordinate. s̄. q̄n sua
ordo rōnis et in necessitate et hoc est cōmēdabile. **C** Item
detis opam rē. i. operādo manibus vestris. Ecc̄. 33. Mul
ta mala docuit ociositas rē. Ezech. 16. Nec fuit iniquitas so
dome sororis tue superbia: satura panis et abundātia: et
ocium ipsius et filiarū eius et manum egeno et pauperi non
porrigebāt rē. Et hoc est in p̄cepto oibus illis qui nō ha
bēt alia v̄n̄ licite viuere possunt. Et de p̄cepto nature ē q̄
hō corpus sustētet. 2. Thes. 3. Qui nō vult opari nec man
ducat. Diuis est duplex rō. Prima p̄pter exēplum alioz.
Un̄ dicit. Ut honeste rē. Infideles eni vidētes v̄ersatio
nē v̄iam sic ociosam detestātur vos. p̄. Thi. 3. Opz autē il
lum testimoniū habere bonū ab his q̄ foris sunt rē. Itē vt
nō desideretis ea que sunt alioz. puer. 21. Desideria occi
dunt pigrū. Ep̄h. 4. Qui furabat̄ iā nō furetur rē. Et ideo
hec iquietudo si rep̄matur est in bonum exēpluz et in re
pulsionē desiderij.

C Lectio. II.

Nolum⁹ asit vos ignorare fratres de
dormiētibus vt nō cōtristemini sicut
et ceteri qui spem nō habēt. Si enim
credimus q̄ iesus mortuus ē et resur
rexit: ita et d̄s eos q̄ dormierūt p̄ iesum adducet
cuz eo. Hoc eniz vobis dicimus in verbo d̄ni:
qz nos qui viuimus qui residui sumus in aduē
tu d̄ni nō pueniemus eos qui dormierūt. Qm̄
ipse d̄ns in iussu et in voce archangeli et in tuba
dei descendet de celo: et mortui q̄ in xp̄o sunt re
surgēt primi. deide nos q̄ viuimus qui relinque
mur: s̄it rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̄o
in aera. et sic semp cū d̄no erimus. Itaq̄z conso
lamini inuicem in verbis istis.

C Supra induxit ad continētiāz a cupiditatibus et compe
scuit ab ociositate: hic cōpescit ab inordinata tristitia. Pri
mo premittens monitionem. Secundo assignat rationes
ibi. (Sicut et ceteri rē.) P̄hibentur ergo ne sc̄licet inor
dinate tristentur. Unde dicit. Sicut et ceteri. Videtur autē
apostolus h̄i cōcedere tristari pro mortuis: aliquid tamē
prohibere ne sc̄licet iordinate tristentur. Un̄ dicit. Sicut
et ceteri. q̄ enim aliquis tristetur sc̄licet de mortuis habz
pietate. p̄mo p̄pter defectum corporis deficiētis. Debe
mus eni eos diligere et corp⁹ p̄pter aīaz. Ecc̄. 4. 1. O mors
q̄ amara est memoria tua homini pacē habēti rē. Secun
do p̄pter discessum et separationē q̄ dolorosa est amicis. p̄
Reg. 15. Siccine sepat amara mors. Tertio qz per mortez
fit p̄memoratio peccati. Rom. 6. Stipēdia peccati mors.
Quarto qz fit cōmemoratio mortis n̄re. Ecc̄. 7. In illa
enim finis cunctoz āmonetur hominuz et viuens cogitat
quid futurū sit rē. Sic ergo tristādūz: s̄z moderate. Unde
Ecc̄. 22. Modicum plora supra mortuuz: qm̄ regeuit rē.
Et ideo dicit. Sicut ceteri qui spem nō habēt: scz qz isti cre
dūt huiusmodi defectus perpetuos: sed nos nō. p̄ philippē.
3. Saluatorē expectamus d̄m̄ n̄m̄ iesuz xp̄m̄ q̄ reforma
bit corpus humilitatis nostre p̄figuratiū corpori claritatis
sue rē. Unde signāter dicit. De dormiētibus. Joā. 11. Laza
rus amicus noster dormit. Dormiēs eniz tria facit. Cubat
in spe surgendi. psal. Nūquid qui dormit nō adyciet vt re
surgat rē. Sic et qui morit̄ in fide. Itē in dormiēte anima
vigilat. Can. 5. Ego dormio et cor meū vigilat rē. Item po

Ad thessalonicenses I.

stea hō resurgit magis reffectus. Sic sancti resurgent icorruptibiles. p̄me Lorin. is.

C Deide cuz dicit. (Si enī credimus rē.) Ponit rō monitiōis. Et p̄mo astruit resurrectiōez. Sc̄do excludit dilatio nis suspitiōē ibi. (Noc enī vobis rē.) Tertio ponit resur rectiōis ordinē ibi. (Nū ipse dñs rē.) Sciendū est autē q̄ apls. p̄ Lor. is. Ex resurrectiōe x̄pi astruit n̄raz: qz illa ē cā n̄re. vñ arguit p̄ locū a cā. S̄z resurrectō x̄pi n̄ ē cā solū exē plar: qz v̄bū caro sc̄m suscitāt corpa. v̄bū v̄o aīas: s̄z x̄ps ac cepit carnez z in ea resurrexit: in quo est exēplar n̄re resur rectiōis. Nec solū hoc s̄z efficiens: qz q̄ humanitate x̄pi ge sta sunt nō solū sunt gesta s̄z virtutē humanitatis: s̄z virtu te dīnitatis sibi vnite. Un̄ sicut tactus suus curabat lepro sum inq̄tum instm̄ dīnitatis: sic resurrectio x̄pi causa est nostre resurrectiōis nō inq̄tū corpis: s̄z inq̄tum corpis vniti v̄bo vite. Et iō apls hoc firmiter supponēs sic arguit. Si enī credim⁹ firmiter q̄ x̄ps resurrexit: ita z eos q̄ dormie rūt rē. Illi dormierūt p̄ iesuz q̄ facti sunt cōformes morti ei⁹ p̄ bap̄mū: vel p̄ iesuz q̄ cū eo ducet. s. cū ip̄o x̄po. Zach. i. 4. Et veniet dñs d̄s me⁹ oēs q̄ scti ei⁹ cū eo rē. Esa. 3. Dñs ad iudiciū veniet cū senib⁹ ppli sui z p̄ncipib⁹ eius.

C Deide cuz dicit. (Noc enī rē.) Excludit dilatiōē resur rectiōis. Quasi dicat. Scimus q̄ resurgēt z veniet cū x̄po. iō nō debemus tm̄ dolere. Nō enī illi q̄ iuenient viui pus cōsequētur resurrectiōis gloriāz q̄ mortui. Et iō hoc dici mus vobis nō ex p̄iectura hoīs: s̄z in v̄bo dñi ea que nō de ficiēt: qz nos q̄ viuimus. i. illi qui sunt viui nō pus sortient cōsolatiōē ex aduētū x̄pi q̄ mortui. Et iō dicit. Nos q̄ viuimus. Ex quo videt nō itelligētibus qd̄ apls hic dicit. q̄ adhuc ap̄lo viuētē hoc fieret: z hoc etiā thessalonicēsb̄s videbatur. Et iō scribit eis aliāz eplam in qua dicit. z thes. z. Nō moueamini a vestro sensu rē. Sed nō loquit̄ ex p̄so na sua z tunc existentiū: s̄z eoz q̄ tunc viui reperient. Qui residui sum⁹. i. erunt residui post p̄secutiōē antichristi nō p̄ueniemus eos. i. nō pus recipiēt cōsolatiōē. p̄ Lor. is. In momēto enī in ictu oculi in nouissima tuba rē.

C Deide cū dicit. (Nū ipse rē.) ostēdit ordinē resurrectio nis z modū. p̄mo pponit resurrectiōis cām. Sc̄do eius or dinē z modū ibi. (Et mortui rē.) Tertio cōcludit eoz cō solatiōē ibi. (Itaq̄ solamini inuicē rē.) Primū ostēdit dicēs: (Ipsē dñs rē.) Ubi notādus est q̄ sicut dñs est cau sa cōis resurrectiōis est resurrectio christi. Sed si dicas q̄ iam fuit: quare ergo nō sequitur effectus eius? Respon deo dicēdū est: q̄ est causa resurrectiōis nostre s̄m q̄ ope ratur in virtute dīna. Deus autē operatur p̄ ordinē sue sa piētē. Tūc ergo erit nostra resurrectio quando hoc habz ordo diuine sapiētē. Ut autē ostēdat q̄ x̄ps sit causa. ostē dit q̄ ad presentiā christi oēs mortui resurgēt. Ad resurre ctionē autē cōmunē faciēda z triplex causa cōcurrit. Una p̄ncipalis sc̄z virtus dīnitatis. Sc̄do instrumētalis: sc̄z vir tus humanitatis christi. Tertia quasi ministerialis. s. virt⁹ angeloz qui habebūt aliq̄nē effectū in resurrectiōe. Aug. enī pbat q̄ ea q̄ fiūt nūc p̄ creaturas corpales fiunt a deo eis mediātibus. In resurrectiōe vero aliq̄ p̄ eos sunt agen da: sic collectio pulueris. Sed reintegratio corpoz z vnio anime ad corpus erit imēdiate p̄ x̄pm. Nas ergo tres cau sas ponit. Primo humanitatē christi glōsā dicēs. (Ipsē dñs rē.) Act. p̄. Quēadmodū vidistis eum ascendētem in celū ita veniet. In iussu rē. In p̄mo venit vt obediēs. Phi lipen. z. Factus est obediēs v̄sq̄ ad mortem rē. Et hoc qz ille fuit aduentus humilitatis: sed iste erit glōrie. Luc. zi. Venit cuz potestate magna z maiestate. Sc̄do virtutē angeloz cum dicit. (In voce archangeli rē.) Nō q̄ ope f̄ in voce eius s̄z ministerio ei⁹. Et dicit archāgel: qz oēs an geli sub vno archangelo ministrāt ecclesie. Apoca. iz. Dic

Ad Resurrectiōē cōmu nē faciēda triplex cā gaurit.

est michael p̄nceps ecclie. Uel in voce archāgeli. i. christi p̄ncipis angeloz. Esa. 9. Magni osily angelus. Et in voce eius corpali vel spūali erit resurrectio. Joā. 5. Audiēt vo cē filij dei: sc̄z surgite mortui z venite ad iudiciū: z illi voci corpali obedient. Tertio vtutē dīnitatis cū dicit. (In tuba dei.) Nec est v̄tus dīna: qz d̄r vox archāgeli inq̄tū fiet mi nisterio archāgeloz: z tuba dei inq̄tū vtute dīna fiet. Et di cit tuba p̄pter ei⁹ sonoritātē q̄ puenit a deo suscitās mor tuos. Itē tuba zgruit ad officia: cuius vsus fuit multiplex in veteri testamēto: vt ad bellū. Et tunc pugnabit p̄ eo oz bis terrarū. Sap. 5. Itē fiebat vsus eius ad solēnitates. sic ista ad celestē hierl̄m. Itē ad mouēdū castra. Et tūc sancti mouebūt castra. Unde si sit vox corpalis d̄r tuba p̄pter has rōnes. Uel nō erit vox corpalis: s̄z virtus dīna x̄pi pre sens et manifesta toti mundo.

C Deide cū dicit. (Et mortui rē.) Ponit ordo resurrectio nis. z circa h̄ tria fac: qz p̄mo ponit resurrectiōē mortuo rū. Sc̄do occursum viuoz ibi. (Deinde rē.) Tertio britū dinē scōz vtrozūq̄ ibi. (Et sic semp rē.) Occasiōe horum v̄boz crediderūt aliq̄ q̄ futuri in fine nunq̄ morient: vt dicit Hierony. in epla. p̄pter hoc q̄ dicit. Deinde nos rē. Al̄s enī frustra distingueret viuētes a moriētibus. S̄z cō tra. p̄ Lor. is. Oēs qd̄ resurgemus. Itē sicut in adam oēs moriunt: vt habet Ro. 5. Ergo mors ad oēs p̄trāsyt. Dicē dū est q̄ aliq̄ iuenient viui in tpe illo quo x̄ps veniet ad iudiciū s̄z in illo momēto tēporis morient z statim resurgēt. Et iō p̄pter modicā interpolatiōē reputant viuētes. S̄z tūc ē q̄stio qz d̄r hic. Et mortui q̄ in x̄po sunt resurgēt p̄mi: z deide nos rē. Ergo pus resurgēt mortui q̄ viui occurrāt x̄po: z in hoc occurū morient. Ergo pus aliq̄ resurgēt z sic nō erit oīum resurrectio simul quod est cōtra illud. p̄ cor. is. In momēto in ictu oculi in nouissima tuba rē. Rūdeo. dñm est q̄ duplex est hic opio: qd̄ n. dicunt q̄ resurrectio nō erit simul: s̄z p̄mo mortui veniet cū x̄po. Et tūc in aduē tu x̄pi viui rapiēt in nubibus z in illo raptu morient z re surgēt. Et iō qd̄ d̄r esse in momēto: itelligit qz in modico tē pore fiet. Et si dicatur q̄ erit in instanti: tūc non est hoc refe rēdū ad totā resurrectiōē oīuz: s̄z ad resurrectiōē singu lariuz: qz singulus resurget in istati. Alij vero dicūt q̄ oēs simul z in istati resurgēt. Oz q̄ dicit resurgēt p̄mi. denotat ordinem dignitatis nō temporis. Sed videtur hoc diffici le: qz de viuis multi erunt p̄bati in p̄secutiōe antix̄pi: q̄ dignitate p̄cellēt multos pus defunctos. Et ideo videt̄ aliter esse dicēdum q̄ omnes moriētur z omnes resurgēt. z q̄ simul. Nec apostolus dicit hic q̄ illi pus resurgent q̄ isti: s̄z q̄ illi pus resurgēt q̄ isti occurrant. Apostolus ergo nō ponit ordinem resurrectiōis ad resurrectiōē: s̄z ordi nē ad raptū vel ad occurrētia. Nā p̄mo veniente dño mo rientur qui iuenient viui: z tūc statim cū illis qui pus mor tui fuerāt resurgentes rapiēt in nubib⁹ rē. vt apostolus hic dicit. Est aut̄ hec iter bonos z malos differētia: qz ma li remanebunt in terra quaz dilexerūt. boni rapiētur ad christū quē quēstierūt. Matth. z4. Ubi fuerit corpus ibi cōgregabuntur z aquile. In resurrectiōe etiam sancti con formabuntur christo nō solum q̄tum ad gloriā corpoz ris. Philip. 3. S̄z etiam q̄tum ad situm: qz christus erit in nube. Actus. p̄. Et nubes suscepit eum. Et quēadmodum vidistis eum rē. Sic z sancti a nubibus rapiētur. Et qua re hoc: Ad ostendendum eorum deiformitatem. In vete ri enim testamento glōria apparuit per modum nubis. z. Reg. 8. Dominus venit in nebula. De nubes erunt prepa rate virtute diuina ad offensionem glōrie sanctoruz. Uel ipsa fulgentia corpora glōriosoz videbuntur malis que dam nubes qui erunt in terra. Matt. z5. Ecce sponsus ve nit exite obuiam ei.

C Deide cuz dicit. (Et sic semp rē.) Ostēdit beatitudines sanctorū qz semp erunt cum domino eo fruētes. Joā. 14. Iterū veniam ꝛ accipiam vos ad me ipsum vt vbi ego suz ꝛ vos sitis. Doc sancti desiderāt. Philip. pmo. Desideriuz habēs dissolui ꝛ esse cum christo.

C Deide cū dicit. (Itaqz rē.) Cōcludit solatiōez habēdā eē de mortuis dices: Ex quo sancti resurgunt ꝛ nullum de trimētum cōsequuntur. ergo de mortuis cōsolamini. Esa. 40°. Cōsolamini cōsolamini popule meus dicit dominus deus vester.

CAP.

V.



De tēporibus autē ꝛ momētis fratres nō idigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligēter scitis quia dies dñi sicut fur i nocte ita veniet Cum enī dixerint pax ꝛ securitas: tunc repētinus eis supueniet interi-

tus sicut dolor in vtero habētis ꝛ nō effugient. Vos autē frēs nō estis i tenebris vt vos dies ille tāqz fur ꝛprehēdat. Dēs enī vos filij lucis estis ꝛ filij diei. Nō sumus noctis neqz tenebrarū. Igitur nō dormiamus sicut ꝛ ceteri: sed vigilemus ꝛ sobrii simus. Qui enim dormiūt: nocte dormiūt: ꝛ qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus. sobrii sumus. iduti loriam fidei ꝛ charitatis. ꝛ galeā spē salutis: quoniam nō posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominūz nostrūz iesūz christū qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus: siue dormiamus simul cuz illo viuamus Propter quod cōsolamini inuicem ꝛ edificate alterutrū sicut ꝛ facitis.

C Supra correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurū. ꝛ pmo ponit monitione. Secūdo ofonē ibi. (Ipsē autē deus rē.) Hec autē duo sunt nobis necia: qz bona que facimus sunt ex libero arbitrio: ꝛ iō idiget hō monitiōe ꝛ grā: ꝛ iō ofone. Circa pmo duo facit. qz pmo hortat vt pparent se ad futurū iudiciū. Secūdo ostēdit preparādi modū ibi. (Propter qd cōsolamini rē.) Iterūz pma in duas: qz pmo ostēdit q̄lis sit cōditio futuri iudicij. Secūdo qualr pparēt se ad illud ibi. (Igit nō dormiamus rē.) Itē pma in duas: qz pmo pmittit cōditionē futuri iudicij. Secūdo exponit ibi. (Cū enī rē.) Itē pmo quietat eoz sollicitudinē circa sciaz futuri aduētus. Secūdo ostēdit qd circa illū sciant ibi. (Ipsi enī rē.) Dicit g. Necessē erat qz scriberē de pmissis: qz idiguitis. Sz de tēporibus scz estate hyeme vel potius q tpa futura sint nō erat necesse: qz qdā de his sunt soli dñe scie referuata. Mat. 24. ꝛ Mar. 13. De die illa vel hora nemo scit: neqz angeli in celo: neqz fili nīl pater rē. Act. p. Non ē vtz nosce tpa vel momēta rē. Eccles. 6. Quid necē est hōi maiora se q̄rere cū ignoret qd cōducatur sibi in vita numero dierū vite sue rē. Et iō hoc nō est necesse scribere: qz illud qd sciēdū est vos scitis: qz scz dies dñi in nocte. Sūt autēz oēs dies dñi. ps. Ordinatiōe tua pfenerāt dies. Sz iste specialr est dñi: qz faciet in oibus suā voluntatē q̄ iplef in bonis q̄ pducunt ad finē p̄cituā a dō. salutē. p̄. Thi. 2. Vult oēs hoies saluos fieri rē. In malis qz punient. ps. Cū accēpero tēp̄ ego iusticias iudicabo rē. Iste veniet sic fur. i. ex ipremeditato. Lu. 12. Si sciret p̄familias q̄ hora fur veniret rē. z. Pe. 3. Adueniet dies dñi: sic fur Apoc. 3. Veniā ti-

bi tāqz fur. Quō autē dies dicit venire in nocte: Sz sciēdū qz vtrūqz est: qz in die venit ppter manifestationē cordiū. p̄. Lor. 4. Quoadusqz veniat dñs qz ꝛ illuminabit absēdita tenebrarū ꝛ manifestabit p̄silia cordiū: sz in nocte ppter icertitudinē. Mat. 25. Media nocte clamor fact⁹ ē. Ecce sp̄sus venit rē. Incertū enī est qua hora erit.

C Deinde cuz dicit. (Cū enī dixerit rē.) Expōit q̄ dixerat. ꝛ p̄ q̄tū ad malos. Secūdo q̄tū ad bonos ibi. (Vos at rē.) Circa p̄mū duo facit. p̄rio describit: p̄sumptionē malozū. Secūdo piculū more. Dic g. veniet sic fur: qz ex iprouiso. Cū enī dixerit. Pax: q̄tū ad p̄ntia. i. dū trāgile vinūt sic decipiunt. Sap. 14. In magno viuētes iscie bello tot ꝛ tā magna mala p̄ceaz appellat rē. Et securitas q̄tum ad futura. Lu. 12. Alia mea mlta habes bona reposita i ānos plimos. regesce: comedē: bibe ꝛ eplare rē. Sz 3. Lu. 21. Arescētib⁹ hoibus p̄re timore rē. Ergo nlla securitas. Solo ē duplex. Una q̄ est Augustini q̄ talis est. In tpe illo alig erunt boni ꝛ bi affligent: lugebūt ꝛ expectabūt. Et de hoc dī. Luc. 21. Arescētibus ex carētia voluptatū: ꝛ abundātia maloz rē. Sz in malis erit pax ꝛ securitas. Alia dat solo in glosa.

C Deide cū dicit. (Tūc repētinus rē.) Describit piculūz q̄ q̄tūoz. p̄rio qz subitū ibi. Repētinus. Esa. 30°. Subito dñs nō sperat veniet cōtritio eius. Secūdo mortiferū ibi. (Interitus.) Job. 18°. Calcet sup eū q̄si rex iterit⁹ rē. Tertio afflictiuū ibi. (Dolor.) ps. Ibi dolozes vt pruriētis rē. Quarto inuitabile ibi. (Nō effugiet.) Job. 11°. Effugium peribit ab eis. Ab ira dei nunc est effugere ad eius miam: ibi vero nō est tēpus misericordie sed iusticie.

C Deide cum dicit. (Vos autē rē.) Exponit q̄ dixerat q̄ ad bonos ꝛ duo facit: qz pmo excipit bonos a sortio maloz. Secūdo rōnē assignat ibi. (Dēs enīz vos rē.) Dicit g. Non estis in tenebris: qz illuminati estis p̄ xpm de illo die iō vos nō est ipreuisus. Jo. 8. Qui segtur me nō ambulat in tenebris: sz habebit lumē vite rē. Et hui⁹ rō est ibi. (Dēs. n. vos rē.) Atruit enī qz sunt filij lucis ꝛ diei. Filij autē alicuius rei in scriptura dicunt alig ppter abundātiā in re illa. Esa. 5. In cornu filio olei. i. colle habēte multū oleū. Qui ḡ participat multū de die ꝛ luce dicunt eoz filij. Dec lux ē fides xpi. Jo. 8. Ego suz lux mundi rē. Jo. 12. Credite in lux tē vt filij lucis sitis rē. Itē diei. Sicut enīz ex luce fit dies: ita ex fide xpi fit dies scz honestas bonoz operūz. Ro. 13°. Nox precessit rē. Et ideo nō estis filij noctis. i. ifidelitatis neqz tenebrarū: id est peccatoz. Roma. 13. Abyciamus ergo a nobis opera tenebrarum rē.

C Deide cū dicit. (Ergo nō dormiam⁹ rē.) Dñdit q̄liter se pparēt ad illū aduētū: ꝛ pmo q̄l p̄ vltionēz maloz. Secūdo p̄ obseruantia bonoz ibi. (Induti rē.) Circa p̄mū duo facit: qz pmo ponit monitionē. Secūdo ei⁹ rōnē ibi. (Qui enīz dormiūt rē.) Dicit iḡ. Ex quo dies dñi est sic fur. Luc. 12°. Si sciret p̄familias q̄ hora fur veniret vigilaret vtiqz rē. Ergo vos qz scitis vigilētis. Un̄ dicit. Ergo nō dormiam⁹ somno peccati. Ephe. 5°. Surge qz dormis ꝛ exurge a mortuis rē. Itē nec pigritie. puer. 6. Usqz quo piger dormis rē. Sz vigilem⁹ p̄ sollicitudinē. Mat. 24°. Vigilate itaqz rē. Et ad B̄ necessariū qz sobrii simus vt ꝛ corp⁹ ꝛ mens sint sobria. i. nō occupata voluptatib⁹ ꝛ curis mudi. Lu. 21. Attendite vobis ne forte grauent corda v̄ra crapula ꝛ ebrietate rē. p̄. Pe. 5. Sobrii estote ꝛ vigilate rē. Rō autē huius est ꝛ ex tēporis cōgruitate: qz q̄ dormiūt vel ebrii sunt aliq̄ faciūt in nocte. Sz nos nō sumus in nocte. Ergo rē. Dicit g. Qui. n. dormiūt. i. tps noctis deputāt geti diē vō operatiōi. ps. Ortus est sol ꝛ cōgregati sunt ꝛ in cubilibus suis collocabunt. Et rurūz. Exibit hō ad opus suū ꝛ ad operatiōnem suam vsqz ad vesperam. Item abstinent a vino in die propter negocia exercenda: sed de nocte tantum

Ad thessalonicenses I.

non curant. Job. 24. Oculi adulteri observat caligines. Somnus q̄ ebrietas est nocti cōueniēs: eo q̄ nocte ifidelitatis et tenebris peccatorū occupati sunt ebri per amorē presentii nō habētēs spem futuroꝝ. Eph. 4. Desperantes tradiderūt se impudicitie in operationē imundicie ois in auaricia rē. Nos autē p̄tinētes ad diē honestatis et fidei sumus sobrii. Ro. 13. Doneste ambulemus in die rē.

Deide cū dicit. (Inducti rē.) ostēdit quomō se preparēt per bona. Et p̄mo ponit monitionē gnālem. Sc̄do spālem ibi. (Propter quod rē.) Itē p̄ma in duas: quia p̄mo ponit ipsas monitionē. Sc̄do rōnē eius ibi. (Quā nō posuit rē.) Sunt autē in hoīe duo p̄ncipalia mēbra que cōsueuerūt in bellis p̄tegi. s. cor qd̄ est p̄ncipiū vite et caput sc̄z p̄ncipiū motus exterioris a quo sunt sensus et aliquo modo nerui. Et p̄tegitur cor lorica: caput galea. Spūalis vita in nobis est x̄ps per quē aīa uiuit: et dñs in nobis per fidem habitat. Ephe. 3. Habitare x̄pm per fidem in cordibus uestris. p̄ Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet et de⁹ in eo rē. Que iformat fidē. Et ideo debemus habere fidez et charitatem. Unde dicit. Lorica fidei et charitatis: q̄ protegit vitalia et galeā spei: q̄ est p̄ncipiū motus spūalis qd̄ est ex i tentiōe finis quā speramus assequi.

Deide cū dicit. (Quā nō posuit nos rē.) ostēdit rōnem quō in nobis opatur. Et p̄mo ex p̄ordinatione diuina. Sc̄do ex grā x̄pi. Tertio ostēdit modū p̄sequēde salutis. Dicit g. Quā nō posuit. i. nō ordinauit. Jo. 15. Posui uos sc̄z sanctos ut eatis rē. Deus in irā. i. ad hoc ut cōsequamur eius irā. Sap. p̄. Deus mortē nō fecit. Ezech. 18. Nūquid uolūtatis mee est mors impy dicit dñs deus rē. Sc̄z in acquitiōe. i. ut acgramus salutē. Matt. 11. Regnū celoꝝ uim patit et uolētū rapiūt illud rē. p̄. Pe. 2. Uos estis genus electus regale sacerdotiū rē. Et hoc per grāz x̄pi. iō dicit. Per dñm nostrū rē. Act. 4. Nō est aliud nomē sub celo datū hoībus in quo oporteat nos saluos fieri rē. Saluauit nos moriendo p̄ nobis. p̄. Pe. 3. Mortuus ē iustus p̄ iniustus ut offerret nos deo mortificatos qd̄ carne: uiuificatos autē spū. Et modus p̄ueniēdi est q̄ x̄ps docuit nos operādo salutē nostrā et hoc moriēdo et resurgēdo. Ro. 4. Traditus ē p̄pter delicta n̄ra et resurrexit p̄pter iustificatiōnē n̄ram. et iō dicit. Siue uigilamus siue dormiamus simul cū illo uiuimus. Ro. 14. Siue uiuimus siue morimur dñi sumus.

Deide cū dicit. (Propter quod rē.) docet nos quō preparemus nos q̄tū ad spāles cōditiōes personarū. Et circa hoc tria facit: q̄ p̄mo ostēdit quō se debeant h̄re ad eq̄les. Secundo quō subditi se habeāt ad plātū ibi. (Rogamus autē rē.) Tertio quō plati ad subditos ibi. (Rogam⁹ at rē.) Debemus autē eq̄libus cōsolationē in aduersis. Uñ dicit. Consolamini inuicē. Itē edificatiōnē in exēplis. Uñ dicit. Et edificate rē. Ro. 14. Que edificatiōis sunt iuices custodiamus rē. (Subditi autē ad platos p̄mo debēt b̄nficioꝝ r̄u recognitionē. Sc̄do charitatē. Tertio pacez. vnde. Ut noueritis. i. ut recognoscatis b̄nficia eoz. Deb. vlti. Mementote p̄positoꝝ uestroꝝ rē. Noueritis inq̄ p̄mo ex pte eoz: q̄ maximū laborē ferūt p̄ uobis: vnde qui laborat i ter uos p̄ bono uestro. 2. Thi. 2. Labora sic̄ bonus miles x̄pi rē. Sc̄do ex pte dei. Et iō est habēda reuerētia ad eos sicut ad deus. Uñ dicit. Et presunt uobis in dño. i. vice domini. 2. Cor. 2. Ego si quid donauī uobis i p̄sona x̄pi. Tertio ex pte uestra: q̄ sunt uobis uiles. Uñ dicit. Et cōmonēt uos: et iō sc̄do debetis eis charitatē abundātius. i. p̄e alijs Quarto pacem p̄pter opus. Sed cōtra hoc quidā agunt. Amos. 5. Odio habuerūt in porta corripientē rē. Ecc. 1. 19. Qui odit correctionem minuetur uita rē. Sed uos habete pacem propter opus correctionis quod proprie spectat ad eozum officium. psal. Dum loquebar illis: impugnabāt

me gratis.

Lectio.

II.

Rogamus autē uos fr̄es ut noueritis eos qui laborant i ter uos et presunt uobis in dño et monēt uos ut habeatis illos abundātius in charitate p̄pter opus illorum et pacem habere cū eis. Rogamus autē uos fr̄es. corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes. Videte ne quis maluz pro malo alicui reddat: sed semper qd̄ bonū est sectamini in inuicē et in omnes. Semp̄ gaudete. sine intermissione orate: in oibus grās agite. Hec est enī uoluntas dei in x̄po iesu in oibus uobis. Sp̄m nolite extinguere. p̄phetias nolite spernere. Quia autē p̄bate qd̄ bonuz est tenete: ab omni specie mala abstinete uos. Ipse asit de⁹ pacis sanctificet uos p̄ oia ut integer sp̄s uester et aīa et corpus sine q̄rela in aduentu dñi n̄ri iesu x̄pi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos: qui etiā faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fr̄es oēs in osculo sancto. Adiuro uos p̄ dñm ut legat̄ epistola hec omnibus sanctis fratribus. Grā dñi nostri iesu christi uobiscum. Amen.

Supra ostēdit quō subditi debēt se habere ad prelatos hic ostēdit ecōuerso. Et circa h̄ duo facit: q̄ p̄mo docet quō plati ad sacerdotes subditos se debeant habere. Sc̄do generalit̄ quō se debeant habere ad omnes ibi. (Uidete ne q̄s rē.) Sciēdū ē autē q̄ cura prelatorū ad duo d̄z tendere. s. ad retrahēdū alios a peccatis et ad custodiēdū seipos. Quātū ad p̄mū tria apls dicit. (Tripl̄ enī subditi possunt pati defectū. p̄mo in actu. Sc̄do in uoluntate. Tertio in uirtute. In actu autē quādo prozumpit in actu peccati. Et tūc sunt corrigēdi. Et quīs de oī peccato: sp̄aliter tamē corrigēdi sunt de peccato inquietudinis. Et iō dicit. Corripite inquietos rē.) 2. The. 3. Nō inquieti suim⁹ i ter uos rē. Ecc. 1. 19. Corripe p̄ximū anteq̄ cōmineris et da locū timori rē. In uolūtate uero quādo nō aggredis magna: q̄ deicitur propter aduersa et peccata p̄cedētia. Uñ dicit. Consolamini pusillanimes. Pusillanimis est nō habēs animū ad magna timens ne deficiat. Esa. 35. Dicit pusillanimes cōfortamini et nolite timere rē. Job. 4. Vacillātes cōfirmauerūt manus tue rē. In uirtute autem quādo uel ex i firmitate peccāt uel debilitātur in bono actu et isti sunt fouendi. Unde dicit. Suscipite. id est in uisceribus charitatis fouēdo ifirmos quozum est uirtus debilis uel ad resistēdum malis uel ad faciēdum bona. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates ifirmozū sustinere rē. Prellatus autem debet se custodire a defectu cuiuscūq̄ modi et maxime ab impatiētia: q̄ ipse portat totum p̄dus multitudinis. Numeri. 11. Nō possum solus sustinere oēm hāc multitudinē q̄ grauis ē mihi rē. Et iō dicit. Patiētes estote ad oēs. p̄uerb. 19. Doctrina uiri p̄ patiētiā noscitur. ps. Bene patiētes erūt ut annūciēt.

Deide cum dicit. (Uidete ne quis rē.) Ostēdit gnāliter quō se habeāt ad oēs. Et circa hoc duo facit: q̄ p̄mo ostendit qualiter omnes in quibusdam debeant se habere. Secundo quid in omnibus ibi. (Quia autēz.) Circa p̄mū tria facit: q̄ p̄mo ostēdit quomō se debeāt habere ad p̄ximū. Secundo quomodo se habeāt in his que ad deū sunt ibi.

(Semp gaudete etc.) Tertio quo se habeat ad eius dona ibi. (Spum nolite etc.) Quatu ad primum debet se habere ut non iserant ei mala: et ut studeant ei benefacere. Unde dicit Dixi supra in spali: sed nunc in generali dico: ne quis malum etc. ps. Si reddidi retribuendum mihi mala. Sed contra. Multotiens vindicta petitur coram iudice. Respondeo. Sicut actus moralis sumitur secundum intentionem finis: sic ad duo potest esse intentio vel ad malum illius: ita quod gescat ibi. Et hoc est illicitum et ex liuore vindictae. Vel ad bonum correctionis seu iusticie et conseruationis reipublice: et sic non reddit malum pro malo: sed bonum. scilicet eius correctionem. Quatu ad secundum dicit. Sed semper quod bonum est etc. Et dicit. Sectamini et non faciatis. quia tu ex te debes sumere occasione bene faciendi ad primum tuum et non expectare quod ipse det tibi occasione bene faciendi sibi. unde ps. Inquire pacem et persequere eam etc. Ro. iz. Noli vinci a malo. ut scilicet tractus ab eo ad malefaciendum: sed vince in bono malum retrahendo eum ad bonum. Gal. vlt. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes etc.

(Deinde cum dicit. Semp gaudete etc.) ostendit quod se debeant habere quo ad deum: ad que tria opus habere. Primo gaudere de ipso. Unde dicit. Semp gaudete. scilicet de deo: quia quod magis pueniat est incomparabile bono quod est deus. Et ideo nullum malum illud iterumpar: unde dicit. Semp gaudete. (Secundo orare pro beneficiis suscipiendis ibi. (Sine intermissione orate.) Luc. is. Opus semper orare et nunquam deficere. Sed quomodo potest hoc esse. Respondeo dicendum est quod hoc potest esse tripliciter. Primo quod ille semper orat qui statutas horas non intermittit. Sicut habetur. z. Reg. 9. Tu comedes panem in mensa mea semper. Secundo sic. Semp. id est continue orate sed tunc oratio sumitur pro effectu orationis. Est enim oratio interpretatio desiderii quod quod desidero aliquid tunc illud orando peto. Unde oratio est petitio decemium a deo: et ideo desiderium habet vim orationis. ps. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Dia ergo que facimus ex desiderio pueniunt. Ergo oratio in bonis que facimus manet in virtute: quia bona que facimus ex desiderio bono pueniunt. Glo. Non cessat orare quod non cessat bene facere Tertio quo ad causam orationis. scilicet faciendum elemosynam In vitis patrum. Ille sic orat quod elemosynas dat: quia quod elemosynam accipit orat pro te etiam te dormiente. Item tertio orare pro beneficiis suscipiendis et gratias agere pro susceptis. Ideo dicit In omnibus. scilicet bonis et aduersis gratias agite. Ro. 8. Diligentibus dei omnia cooperantur in bonum etc. Col. 2. Abundantes in illo in gratiarum actione. Phil. 4. Cum gratiarum actione. Nec est. n. voluntas etc. p. Thy. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire.

(Deinde cum dicit. Spiritum nolite etc.) ostendit quod se habeant ad dona dei. Et primo quod ea non impediatur. Secundo quod ea non contemnantur ibi. (Propheetias etc.) Spiritus autem sanctus est persona diuina incorruptibilis et eterna: unde in sua substantia extingui non potest: sed tamen deus quis extinguere spiritum: vno modo feruore eius extinguendo vel in se vel in alio. Ro. iz. Spiritus seruantes Cum enim aliquid boni ex feruore spiritus sancti vult facere vel etiam cum aliquid bonus motus surgit et ipse impedit: extinguit spiritum sanctum. Act. 7. Vos semper spiritui sancto resistetis. Alio modo mortaliter peccando. Spiritus enim sanctus in se semper viuunt: sed in nobis viuunt quando facit nos in se viuere: sed quando quis peccat mortaliter non viuunt in ipso spiritus sanctus. Sap. i. Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum etc. Tertio modo occultando. Quasi dicat. Si donum spiritus sancti habetis vitimini eo ad utilitatem proximorum. Eccl. 20. Sapientia abscondita et thesaurus inuisus que utilitas in vris: quod. Mat. 5. Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio etc. (Propheetias nolite etc.) Aliqui enim apud istos spiritum prophetie erant pollentes quod ab istis reputabant infani: primum Corinth. i. 4. Emulamini spiritualia: magis autem et

ppheetis. Vel propheetias. id est diuinam doctrinam. Exponentes enim diuinam doctrinam dicitur ppheete. Quasi dicat. Non spernatis verba dei et predicaciones. Jere. 20. Factus est sermo domini mihi in opprobrium et in derisum tota die.

(Deinde cum dicit. Omnia autem probate etc.) ostendit qualiter se habeant ad omnia et vnum est quod in omnibus vtantur discretionem. Ro. iz. Rationabile obsequium vestrum etc. In hac materia debet esse diligens examinatio: boni electio: mali abiectio. Quantum ad primum dicit: propheetias nolite spernere. tamen omnia probate. scilicet que sunt dubia. Manifesta enim examinatione non indigent. i. Jo. 4. Omni spiritui credere nolite. Job. iz. Nonne auris verba diiudicat. Quantum ad secundum dicit. Quod bonum est tenete. Gal. 4. Bonum autem emulamini in bono semper etc. Quantum ad tertium dicit. Ab omni spiritu malum abstinete vos etc. Esa. 7. Ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Et dicit specie: quia etiam que habent similitudinem malicie vitare debemus que. scilicet non possemus seruare coram hominibus absque scadalo eorum.

(Deinde cum dicit. Ipse autem etc.) subdit orationem: et circa hoc tria facit. quia primo orat pro eis. Secundo dat spem de exauditione. Tertio dat spales monitiones. Dicit ergo. Ita moueo. sed nihil valz nisi deus gratias det. Unde ipse deus. Leui. 21. Ego dominus qui sanctifico vos etc. Per omnia. i. vt sitis totaliter sancti. Et hoc vt integer etc. Occasione enim verborum istorum dixerunt quidam quod in homine aliud est spiritus et aliud anima ponentes duas in homine animas. Unam que animat. aliam que ratiocinat. Et hec sunt reprobata in ecclesiasticis dogmatibus. Unde sciendum quod hec non differunt secundum essentiam sed secundum potetiam. In anima enim nostra sunt quedam vires que sunt actus corporalium organorum sicut sunt potetie sensitiue partis. Alie sunt que non sunt actus talium organorum sed sunt abstracte ab eis sicut sunt potetie intellectiue partis. Et he dicuntur spiritus quasi imateriales et separate aliquo modo a corpore in quantum non sunt actus corporis. et dicitur hec spiritus et mens. Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestre etc. In quantum autem animat dicitur anima: quia hoc est ei proprium: et loquitur proprie. Nam ad peccata tria concurrunt electio affectio: sensualitas: et executio corporis. Vult ergo quod in nullo horum sit peccatum. Non dicit in ratione. unde dicit. Ut spiritus. id est mens vestra seruetur integer. In omni peccato ratio corrumpitur secundum quod omnis malus est ignorans. Item nec in sensualitate. Unde dicit. Anima. Item nec in corpore. et ideo dicit. Et corpus. Hoc autem sic fit quando seruatur immune a peccato. Et dicit. Sine querela non sine peccato quod est solius christi: sed esse sine querela est etiam aliorum: qui si uenialia non tamen committunt grauia et quibus primum scanda ligatur. Luc. i. Incedetes in omnibus mandatis: et iustificacionibus domini sine querela. Et addit. In aduentu etc. scilicet perdurando vsque in finem vite. Vel integer spiritus refertur ad donum spiritus sancti. Quasi dicat. Donum spiritus sancti quod habetis sit integrum.

(Deinde cum dicit. Fidelis etc.) dat spem exauditionis. Quasi dicat. Ut ego spero et sic fiet: quia ipse quod nouit faciet. i. complebit. ps. Fidelis dominus in omnibus verbis suis etc. Ro. 8. Quos vocauit hos et iustificauit etc. (Ultio iniungit familiares monitiones. scilicet orationem ibi. (Orate.) Item mutuam pacem ibi. (Salutate omnes fratres in osculo sancto non perditionis sicut iudas. Mat. 26. Nec libidinoso vt libidinoso mulier. puerb. 7. (Ut legatur etc. Timebat. n. ne prelati propter aliqua que erant hic eam occultarent. pro uerb. ii. Qui abscondit frumenta maledicet in populis etc. Ultimo concludit eplam in salutatione.

(Explicit mirabilis et deuota expō doctozis angelici sanctissimi Thome agnatis ordinis fratrum predicatorum sup p̄ia epla icliti apli sancti Pauli ad Thessalonicenses.

Ad thessalonicenses II.

Incipit profunda et subtilis explanatio eiusdem sanctissimi doctoris Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum super secunda epistola eiusdem gloriosi apostoli pauli ad thessalonicenses.



Congregamini ut anun-

ciem que ventura sunt vobis diebus novissimis etc. Sen. 49. Dec verba competunt huic epistole. Duo enim tanguntur que ei veniunt. scilicet fructus et eius materia. Unde dicitur. Ut annunciet etc. Agitur enim in ea de his que ventura sunt in

diebus novissimis: que sunt tria. scilicet pericula ecclesie: tempore antiphi. z. Thy. 3. In novissimis diebus instabunt tempora pericula etc. Item malorum supplicia. ps. Donec intret in sanctuarium dei etc. Verum propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuareretur. Item premia bonorum. Prover. vlti. Sortitudo et decor idumetur eius. Et de his agit in hac epistola. Utilitas ostenditur: quod congregamini. Sic acquiruntur ex hac epistola congregatio. scilicet concordatum in veritate quod discordabant de iudicio futuro propter hoc quod dicitur in prima epistola. Deinde nos qui vivimus etc. ps. Dispersiones israel congregabit. Item voluntatum: quod cum offiderat quod quecumque temporalia sunt: in novissimo mundi pibunt: datur intelligi quod eos congregat ad unum querendum. scilicet celeste premium. Ecclesi. 30. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Item cogitationum ad unam stabilem veritatem. Esa. vlt. Ego autem opera eorum et cogitationes eorum venio ut congregem etc. Sic patet fructus et materia: quod in prima munivit eos contra persecutiones preteritas: hic munit eos contra futuras.

CAP.

I.



Rulus et Silvanus et Thimotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro et domino iesu christo. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino iesu christo

Gratias agere debemus semper pro vobis fratres: ita ut dignum est: quoniam supercrescit fides vestra et abundat charitas uniuscuiusque vestrum in invicem: ita ut et nos ipsi in vobis gloriamur in ecclesijs dei pro patientia vestra et fide et in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus qua sustineris in exemplum iusti iudicij: ut digne habeamini in regno dei pro quo et patimini.

Dividit hec epistola in salutationem: et eplarem narrationem ibi. (Gratias agere debemus etc.) Item primo ponuntur persone salutates. Secundo persone salutates. Tertio bona optata. Sunt autem eadem persone que et in prima. Tres autem persone salutates ponuntur ut auctoritas eplae robustior appareat. Eccles. 4. Suniculus triplex difficile rupitur etc. Ecclesie thess. etc. Ecclesia congregatio dicitur que est in deo. als est mala. De bona dicitur. ps. Congregate illi sanctos eius etc. In christo. i. in eius fide. Ro. 5. Per quem accessum habemus pro fide in gratias istam etc.

Deinde optat eis bona. Et primo pacem. Ipsa est enim principium omnium spiritualium donorum. prime Cor. 15. Gratia dei super id quod super etc. Item pacem que est finis hominum. ps. Qui posuit fines tuos pacem etc. et a deo etc. Jac. 1. De datur optimum et oem donum perfectum desursus est descendens a patre luminis etc. Et dno etc. z. pe. i. Per quem maxima nobis et preciosa promissa donavit etc. Gratias agere debemus etc. hec est eplaris narratio. Et primo instruit eos de futuris in novissimis diebus. Secundo admonet eos familiariter de quibusdam in tertio. cap. ibi. (Decetero fratres etc.) Item primo monet sicut dictum est

quod ad premia bonorum et penas malorum. Secundo quod ad pericula tempore antiphi. scdo cap. ibi. (Rogamus autem vos etc.) Item primo agit gratias de preparatione ad futurum iudicium. Secundo describit ipsum iudicium ibi. (Sed tamen iustum etc.) Item primo gratias agit de effectu. Secundo ostendit fructum perfectus. Tertio signum. Dicitur gratias agere debemus etc. Item quod in prima epistola comedavit eos de fide et charitate et alijs bonis in quibus abundabant: id dicitur. gratias agere debemus deo. quod bonum quod habetis reputo meum. z. Jo. Maiorem horum non habeo gratiam quam quod videam filios meos in veritate ambulare etc. Et hoc deo sine quo nihil boni potest fieri. Et hoc dignum est: quod de magnis bonis agimus gratias. z. Mach. 1. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agamus. Quare: quod semper crescunt bona spiritualia. Periculose tamen custodiunt nisi proficiat in eis homo. In donis autem dei est fides pro qua deus habitat in nobis: et in hac proficimus secundum intellectum. Ephe. 4. Habitare christum pro fide in cordibus vestris. Et sic proficit homo pro cognitione devotionem: et inebsonem. Item charitas pro qua deus est in nobis secundum affectum. i. Jo. 4. De charitas est et quod manet in charitate in deo manet et deus in eo. Et id dicitur. Et abundat prover. 15. In abundantia iusticia virtus est maxima etc. i. Thess. 4. De charitate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. ipsi enim a deo didicistis ut diligatis invicem etc. Et tunc ponit perfectus cum dicit. Ita quod ego glorior inde apud alios quod vestra reputo mea. Bonum enim discipulorum est gloria platorum. Prover. 10. Silius sapiens letificat patrem etc. Prover. 17. Corona senum filij filiorum etc. z. Cor. 9. Pro quo de vobis glorior. Et tunc ponit signum perfectus. scilicet patientiam que ostendit maxime in tribulationibus. Jac. 1. Beatus vir qui suffert temptationem etc. In tribulationibus sunt duo servanda. scilicet patientia ne discendat a fide. Jac. 1. Patientia opus perfectus habet. Et fides in persecutionibus. ps. Persecutionem patimur et sustinemus. Unde dicit. In fide in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus. Que quidem tribulationes dicuntur a tribulis quod iterius pro afflictiones pungimur. Sen. 3. Spinis et tribulos germinabit tibi. ps. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. Et hec sancti sustinet pro pro uno. scilicet pro terrore malorum. Si enim deus non parcat bonis in hoc mundo: quod parcat malis in futuro. ps. Si autem primus a nobis quod finis eorum quod non creditur dei evangelio etc. Jere. 49. Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem etc. Secundo ad augendum meritum. Unde dicit. Ut digni etc. Na ut dicit. Mat. 23. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Et Luc. vlt. Nonne hec oportuit christum pati. et ita intrare in gloriam suam. Ro. 8. Si tamen copatimur ut et cōglorificemur. Unde dicit. Pro quo patimini etc. Tribulatio enim que fit pro deo facit dignum regno dei. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur etc. ps. Pe. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicem aut alienorum appetitor.

Lectio.

II.



Sed tamen iustum est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant et vobis qui tribulamini requiem nobiscum in revelatione domini iesu de celo cum angelis virtutis eius

in flamma ignis dantis vindictam his qui non noverunt deum. et qui non obediunt evangelio domini nostri iesu christi. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini et a gloria virtutis eius cum venerit glorificari in sanctis suis: et ammirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro